Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8295
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et superasti passione tua sugges
sorem peccati. qui gaudebat in prouari
cationem. Et cum p. al.

Rogamus te domine sancte pater omnipotens
eterne deus. ut digneris benedicere hoc
lignum crucis. ut sit remedium
salutare generi humano. sit so
liditas fidei. profectus bonorum
operum. redemptio animarum. sit sola
men et protectio. ac tutela contra seua
iacula inimicorum. p al.

Sanctifica domine ihesu christe istud passionis
tue signaculum. ut sit inimicis
tuis obstaculum. et credentibus te perpe
tuum efficiatur victorie uexillum.
Et cum d. p. Per omnia secula seculorum